



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Speculum Monasticum**


In Quo Totius Religiosæ disciplinæ Casus, Regulæ & difficultates clarè videntur, breviter explicantur & resolvuntur Canone, rationibus & Patrum auctoritatibus

**Philippus <a Domina Nostra Septem Dolorum>**

**Augustæ Vindellicorum, 1688**

Cap. XXXIV. De pœnis privativis regularium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40761**



## CAPUT XXXIV.

### *De pœnis privationis regularium.*

#### SUMMARIUM.

- I. *Quid sit pœna, & quotuplex.*
- II. *Quomodo cognoscitur esse lata, et ferende sententiæ.*
- III. *Propter quam culpam imponuntur, & quomodo obligant.*
- IV. *Quanam sit pœna vocis activa & passiva.*
- V. *Quid importet pœna privationis loci.*
- VI. *Quid pœna privationis dignitatum, honorum, officiorum & inhabilitatis, &c.*
- VII. *Quid pœna irritationis actuum gestorum.*
- VIII. *A quibus possit fieri pœnarum remissio seu dispensatio.*

**P**ENNA dicitur id, quod pro culpa infertur, à puniendo: & solum id culpa est quod punitur. *Sylvester in Summa verbo pena n. 1.* Alia est civilis & legalis, & de hac non agitur hic: alia est Canonica & Ecclesiastica, de qua agimus, quæ à jure Canonico seu à Statutis Ecclesiasticis statuitur, & continetur in bullis pontificiis & decretis sacre Congregationis, vel statutis religionis cujusvis: & sunt latae sententiæ, vel ferendæ secundum diversas culpas, pro quibus imponi solent.

II. Penæ latæ sententiæ, vel ferendæ cognoscitur, cum tales expressè vocantur. Quoties enim pena ponitur cum exclusione cujusvis sententiæ, ut: quando dicitur, *ipso jure, ipso facto, absq[ue] declaratione, & sententia*, vel per verba, *privamus inhabilitamus*; vel cum dictionibus, *statim, confestim, ex tunc, continuo, illico, protinus, subito, & similibus*, vel per verba, *subiaceat, incidat*: talis pena dicitur latæ sententiæ, quia tales termini excludunt sententiam, quæ non nisi futuro tempore & interjecto spatio ferri potest. Alia verò pena, quæ dicitur ferendæ, cognoscitur, quando ponitur per verba de futuro, & comminatoria. v. g. *privabitur, damnabitur, & similibus, tempus futurum significabitur*. Quando autem verba sunt ita ambigua,

bigua,

bigua, ut non possit bene dignosci, an sit lata vel ferendæ sententiæ, pœna posita accipienda est tantum pro ferenda, quia in pœnalibus semper benignior pars sequi debet. *Cap. odia de regulis juris, in 6.*

III. Non imponuntur de facto aliqua pœna ab Ecclesia, aut Prælati regularibus pro actibus internis præcisè, quia Ecclesia non iudicat de internis, sed ea soli Deo reservat. *cap. consularibus, q. 5. cap. erubescant dist. 32. Sanchez in decalog. cap. 8. num. 1.* Dixi præcisè, quia pœna imponi possunt ab Ecclesia pro actu interno, non prout est internus, sed prout est conjunctus cum externo: actus autem externus ille est, qui est per se sensibilis, & de facto sentiretur ab alio, si adesset in illa circumstantia loci, in quo fit, & talis actus externus debet esse consummatus. Quando autem ponitur pœna gravis, supponitur semper poni pro culpa gravi mortali, & sine illa non incurreretur, aliter lex esset iniqua, si pro culpa levi imponeretur gravis pœna; quod intelligi debet, tum in pœnis latæ sententiæ, tum etiam ferendæ; debet enim pœna esse proportionata culpæ. Fallit tamen hæc regula in constitutionibus Ordinis seu religionis, quæ ad culpam non obligant, sed tantum ad pœnam: in illis enim impositio gravis pœnæ non semper arguit aut supponit culpam saltem mortalem: Istas vero pœnas latæ sententiæ, quæ non sunt censura ne-

irregularitates, quæ solent regularibus im-  
 certum est, non incurri in foro conscientia,  
 ponantur sub illis verbis: *ipso jure, ipso*  
*absq; alia declaratione, absque ulla sententia,*  
*declarationem &c.* nisi præmissa declara-  
 tionem, sententia, aut publicatione delicti, non-  
 loquendo de pœnis non purè privativis,  
 in quibus exequendis aliqua hominis actio requi-  
 ritur, ut sunt privatio vocis, officij, &c. sed & in  
 privativis, in quibus nulla talis actio requi-  
 ritur, ut sunt inhabilitas, incapacitas, &c. ita ut  
 verba absque declaratione, & cætera similia  
 importent solum declarationem pœnæ; non  
 vero criminis & delicti commissi. *Lessius de just.*  
*lib. 2. cap. 29. dubitat. 8. num. 63. Sanchez in*  
*deolog. lib. 2. cap. 22.*

IV. Pœna privationis vocis activæ importat  
 inhabilitatem ad ferendum suffragium in quo-  
 capitulo, ad quamcunq; electionem faci-  
 endam, aut actum quemlibet capitulariter faci-  
 endum. *Portellus in dubiis regular. verbo vox*  
*activa & passiva, n. 1.*

Pœna verò privationis vocis passivæ impor-  
 tat, quod ipsam incurrens eligi non possit ad  
 quamcunq; dignitatem, vel officium honoris, &  
 eminentiæ, non tamen ad munera, quæ di-  
 cantur onerosa & pœnalia. *Roderic. tom. 2. qq.*  
*regular. q. 56. art. 1. Lexana verbo pœna Ecclesia-*  
*ria, n. 11.*

Nota

Nota verò, quod si aliquando in aliqua lege aut constitutione inferatur pœna privationis, non declarando, aut determinando, an sit activæ, vel passivæ, vel utriusque, intelligi debet de sola voce activæ, quæ propriè est vox; verba autem indeterminatè sumpta accipienda sunt prout sunt favorabiliora, licet *Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 29. n. 105*, eam intelligere videatur de utraque. Pœna tamen privationis specifica electionis, si nihil aliud exprimitur, intelligi debet de privatione utriusque; ita ut tali pœna affectus nec eligi, nec eligere possit. Sic verò privati possunt licitè Priorum & aliorum officiorum, quæ per delegationem aut collationem obtinentur, vires sustinere, non autem ex vi cujuscunque electionis. *Lexana verbo Ecclesiastica, n. 11. Navarrus, Sayrus, & alij.*

V. Pœna privationis loci importat carentiam ejus loci, qui religioso est debitus ratione sui professionis & antiquitatis. Religiosus itaque illa pœna affectus ultimum locum tenet in Choro, Capitulo, & Refectorio juxta novitios, & etiam ubicunq; fratres sunt congregati, sicut videri potest in Statutis & Regulis Ordinum Religiosorum. *Lexana sup. n. 12.*

VI. Pœna privationis officiorum, dignitatum, graduum, honorum, ac inhabilitatis, ad hæc omnia transgressoribus infligenda, non obligat in conscientia ante sententiam Judicis ad minus

ius declaratoriam transgressionis talis legis:  
 in praxi ita recipitur apud viros doctos &  
 oratos; ita ut non se credant obligatos esse  
 tales pœnas subeundas, nisi præmissa senten-  
 ut supra. *Sotus 1. de iustitia. q. 6. art. 6. ad 4.*  
*etiana tom. 1. part. 1. cap. 10. n. 30.* nomine au-  
 officiorum, dignitatum, graduum, hono-  
 &c. veniunt omnes dignitates, quæ inclu-  
 administrationem cum iurisdictione, ut  
 Generalatus, Provincialatus, Prioratus, &c. quæ  
 iurisdictionem ordinariam, & mune-  
 Commissariorum, Visitatorum, Vicariorum,  
 trahentium, quæ iurisdictionem delegatam  
 portant. Item & officia, quæ important ali-  
 præminentiam sine iurisdictione, ut of-  
 Procuratorum, generalium, Assistentium,  
 mitorum, Secretariorum, & cætera hujus-  
 quæ de iure in Capitulis vocem habent.  
 que omnia intelligi debent quoad pœnas  
 iritationis officiorum, quando transgressoribus  
 ponuntur: nomine tamen officiorum, aut di-  
 gnatum non veniunt Sacristæ, Procutatores,  
 palici, Celerarij, Depositarij, & alij, huiusmodi  
 in Capitulis electionum non habentes,  
 sunt officia oneris potiùs quàm honoris. *Le-*  
*na supra verbo officia religionum, n. 2.*

VII. Pœna iritationis actuum gestorum in-  
 ritur, quoties acta fiunt contra legem irritan-  
 & ideo sunt invalida, tum in foro externo,  
 tum



tum in foro conscientia, ut patet ex regular. ca. de regul. jur. in 6. ibi. *qua contra jus sunt debent pro infectis haberi.* Et hoc maxime procedit in iis, quae fiunt contra legem irritantem, tum *erga Laym. gum. cap. non solum deregularibus in 6.* tum, quia penes legislatorem residet potestas irritandi actus factos contra legem; unde dico, actus celebratos sine forma substantiali, seu sine solemnitate à jure requisita invalidos omnino esse. Item irritos esse actus ipso jure, qui sub ista formalitatis fieri prohibentur, *ipso jure fit irritus, non facto habeatur; inutiliter fiat, nullas res habeat, & similibus.*

Actus verò, qui fiunt contra legem prohibentem, non sunt invalidi per se & ex natura sua, in illo capite quod prohibentur; lex enim prohibens actum non reddit illum invalidum, cum aliud irritare, & multa prohibentur, quae valde sunt, juxta proverbium: *multa illicite fiunt, tamen facta tenent.* nisi deesset potestas moralitatis aut adesset incapacitas materiae, quia tunc ipsa natura esset actus irritus; actus autem factus contra legem prohibentem, non est simpliciter irritus, ante sententiam, sed est irritus, quia declarari potest, ac si fuisset irritus à principio hoc est, à tempore, quo fuit praestitus, ac prohibetur negatur, actus factos contra legem, tales actus prohibentem, esse simpliciter irritos ante sententiam, licet irritari possint, ac si à principio fuissent.



regular. 24. irriti, l. non dubium. ff. de legibus & l. origi-  
 sunt debeat. lib. 1. novellarum Theodosij. Bonac. de legib.  
 procedit in q. 1. punct. 7. §. 5. idè requiritur senten-  
 em, tum ar. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 2. n. 7. Forma  
 6. tum, qui rem censetur & dignoscitur esse substantialis,  
 irritandi non accidentalis, quando apponitur aliqua  
 co, actus casus irritans factum sine tali forma celebran-  
 sine solemnitate, qua non servata, actus non subsistit, Bona-  
 no esse. Item de legibus. q. 1. punct. 7. §. 5. propositi  
 sta formalis. §. 17.

VIII. Possunt Prælati regularium cum suis  
 subditis in foro conscientie dispensare in omni-  
 bus penis supradictis privativis officiorum, dig-  
 nitatum, vocis, loci, &c. modo tales penæ non  
 sunt Papæ reservatæ, utpotè habentes jurisdic-  
 tionem quasi Episcopalem. Episcopi autem jure  
 communi dispensare possunt quoad penas in  
 casibus adulterij, aliisque delictis adulterio mi-  
 nus, peracta tamen pœnitentia; ita declara-  
 vit Alex. III. in cap. ac si clerici. de judiciis. Mi-  
 naldus in Manuali tom. 2. q. 9. art. 3. & q. 31. art.  
 1. & quando prædictæ penæ sunt reservatæ, li-  
 cet in illis dispensare possint Episcopi virtute  
 Caroli Trident. sess. 24. cap. 6. illud tamen decre-  
 tum non extenditur ad Prælatos religionum, sed  
 intelligitur solum de Episcopis privativè quoad  
 penas alias, ut bene notat Suarez 4. tom. de religi-  
 onibus. tract. 8. lib. 2. cap. 12. n. 8. & idè dicti Præ-  
 lati

k

lati regulares non possunt subditos dispensare à  
 pœnis Papæ reservatis, virtute hujus decreti, li-  
 cet habeant potestatem quasi Episcopalem, sed  
 hoc possunt propter privilegium Pij V. Ordini  
 Prædicatorum concessum; ibi enim dicitur ex-  
 pressè: *Prelatos religionum posse per seipos facere  
 idem in suos subditos, quod Episcopi in suos.* Bene  
 tamen advertit Sanchez cum aliis lib. in decalog.  
 cap. 16. num. 78. non posse Superiores regula-  
 rium hanc facultatem delegare, eo quod de-  
 beant per se id facere secundum pri-  
 vilegij verba ex-  
 pressa.

